



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

7. An possit quis vi cessionis sibi adjudicare prædium, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

etiam est illicitum ex alio capite injusto, quia etiam supponimus, illud non apponi, propter quancunque modicam pensionem non solutam, sed propter multas, quae possunt aliqua tandem ratione attingere dimidium valoris praedicti, modo mox explicando, & supponimus etiam, poni in penam mod. ratam per Iudicis sententiam instigendam, ob culpam potestis, & nolentis solvere censum, ut *supra*, cap. 4. §. 4. & hoc eodem cap. 6. §. 1. n. 6. vidimus. Non denique est illicitum ex lege positiva, quia jam concessit Nicolaus V. posse poni quancunque pacta iusta, &c.

His in genere praebitis, ad aliqua scitu necessaria de hac adjudicatione progrediamur.

§. VIII. An possit quis, si pensionis habita à Domino censu, sibi adjudicare, hoc est, auctoritate Iudicis sibi appropriare praedium censui subiectum?

1. Non ratio putat, quando censuarius, id est, debitor censu, sive ob paupertatem, sive propter aliud, non solvit pensiones censuistae, id est, creditori debitas, dictas pensiones solvit alius tertius sua pecunia, cui tertio dictus censuista, qui est Dominus, & creditor censu, cedit totum ius, quod ipse habet in dictum debitorem, & in quancunque bona obligata, vel hypothecata suo censui. Postquam autem ejusmodi tertius obtinet hoc ius propter multas pensiones à se solutas, petit, & obtinet à Iudice, ut sibi attribuantur illa bona loco censuistae, à quo ipse tertius ius habuit. Quaestio igitur est, an id valide fiat, & licite?

2. Respondeo, supposita aequalitate debiti, & valore praedicti, seu boni adjudicati (de qua re mox §. seq. fuse disputabimus), Respondeo, inquam, valide, & licite fieri, ut ab usu ipso communi in Regno videmus approbati. Et ratio est manifesta, quia ex una parte censuista, quando ei non solvantur suae pensiones, habet hoc ius adjudicandi sibi praedium, ut diximus §. praeced. num. 2. & ex alia, idem censuista, utpote dominus talis Iuris, illud cedere alteri, non prohibetur.

3. Hoc profecto facile est. Verum, hinc insurgit molestissima difficultas: An scilicet, si Tertius hic, non quidem sua pecunia, sed pecunia ipsius censuarii solvat aliquot pensiones censuistae: quot sufficit ad adjudicandum praedium? An, inquam, hic Tertius submissus, qui solvere, vel Famulus, vel Ancilla ipsius Censuarii, vel fidelis amicus, licite possit acquirere idem ius, & sibi bona illi, v.g. praedium adjudicare, & adjudicatum donare ipsi Censuario, qui jam in postea possidebit, quasi per Donationem praedium idem, quod antea possidebat, & quia non est extinctus Censu (cum adjudicatio processerit solum ob pensiones annuas, seu fructus praeteritos non solutos, sibi que ille submissus censum sibi, ut loquimur accolerit) ideo idem Censuarius possidebit etiam in postea praedium Censui. Et consequenter suas faciet ejusdem Censu pensiones, seu fructus eo modo, quo sibi eas fecisset Tertius. Vides artificium? Si Censuarius ipse, qui est debitor, nomine suo Censum solvisset, nihil Iuris acquisivisset solutio, sed solum plenè per ipsam satisfactionem fuisset Censuista. At quia solvit ille Tertius, qui debitor non erat, ideo potuit, ex Iure sibi concessio, praedium sibi a judicare, ut pecuniam solutam recuperaret.

4. Respondeo, Nunquam mihi persuadere potui, licite, & iuste fieri à sciente fraudem, ejusmodi artificiosam collusionem. Primò, quia est contra Iustitiam commutativam. Secundò, contra Iustitiam legalem, seu bonum publicum. Tertio, contra virtutem Religionis.

5. Probatur primum, nam tunc censuista, vel quancunque sit, per hereditatem, aut ex alio titulo est Dominus censu, & cui debentur à censuario pensiones, tunc, inquam, censuista nullum ius dare ipsi Tertio valet, unde ipse Tertius nullum ius acquirere potest. Quare, si cum illo apparenti Iure sibi postea adjudicabit praedium, injuste, & invalide ipsi censuario rem illam donabit, &

censuarius rem alienam, si eam accepit, possidebit injuste.

6. Quòd autem censuista nullum ius dare valeat illi Tertio, ubi est sita tota vis argumenti, luce ipsa clarius mihi videtur, si solum animo penetretur huius negotiationis fraus. Nam censuista nullum ius habet adjudicandi sibi praedium censui subiectum, quando censuarius illi solvit ex sua pecunia pensionem, quia pactum, seu pena adjudicationis est adnexa non solutioni, id est, tunc habet hoc ius adjudicandi sibi praedium censuista, quando censuarius non solvit, cum possit, ut vidimus n. 1. At in casu, de quo est sermo, jam censuarius verè, & re ipsa ex sua pecunia solvit; ergo non remanet in censuista ius quod illi Tertio possit cedere.

Neque dicas: Potuit censuarius mutare, & fortasse mutuavit hanc pecuniam tertio illi, & sic ille tertius pecunia propria pensionem solvit; Ne id dicas, inquam, Primò, quia verè censuarius non mutat. Id certè patet, nam pauperi famulo, vel ancillae, immò etiam homini diviti nemo mutuat sine securitate, aut pignore, aut dejussore: quae omnia longè absunt à casu nostro. Secundò, Profecto non nisi sicte mutuat, qui mutuat volendo, & intendendo, sibi deinde donari fideliter praedium, & omne ius acquisitum, vel acquirendum ex illa pecunia.

7. Confirmatur nostra doctrina, nam, quando censuarius potest solvere pensionem, & non vult, nullum debet ex hac injustitia commodum reportare: at nunc potest solvere, quia jam habet pecuniam, quam numeret illi tertio, & tamen non vult ipse solvere pensionem; ergo qua ratione reportabit illud commodum acquirendi praedium?

8. Iam quod id sit contra Iustitiam legalem; Probatur, quia quando censuista sciens fraudem, cedit per publicum Notarium illud ius, quod ut diximus, non habet, idque regulariter sub iuramento (de quo mox) & quando deinde censuarius, atque ille tertius per publicum Iudicem exigunt, & acceptant adjudicationem ex nullo Iure in conscientia procedentem, non solum peccant contra Iustitiam commutativam sub restitutionis onere, ut dictum est, sed etiam contra Iudicia, & officia publica, dum per publicos actus, & scripturas ad solvendas, & palliandas suas fraudes utuntur Iudicibus, & Notariis officiis; ergo etiam peccant contra Iustitiam legalem. Nam propterea, quando Iudices, & Notarii iniquum hoc stratagemata advertunt (quod facile adverti ab iis potest, quando ille tertius submissus est pauper, vel, si est dives, quando apparet nil ad ipsum attinere solutionem illam) peccant mortaliter contra eandem Iustitiam legalem, scienti, quia cooperantur injustitiae commutativae, peccant item contra commutativam, & subeunt etiam ipsi restitutionis onus.

9. Dixi autem (sciens fraudem, à sciente fraudem, &c.) nam, si quis ex dictis nesciat, nec sit dubium, quod fraudes illae adsint, potest, & debet judicare non adesse quia delictum nunquam praesumendum est, & tunc (factis tamen diligentibus ad veritatem descendam) poterit is sequi doctrinam datam n. 1. & 2. quia tunc prudenter putabit, illum tertium solvere censum ex pecunia propria.

10. Dices: Vel loqui possumus de censuario, qui non vult solvere immediate pensionem, nisi mediante illo tertio, & tunc peccare censuarium, concedatur, quia cum habeat pecuniam, quam solvat, teneaturque ipse eam solvere, perperam agit, non solvendo, unde & perperam tertius cooperando cum ipso. At censuista videtur excusandus, quod coactus à suo interesse, id est, ad suas pensiones recuperandas, cedit illi tertio ius suum; supponimus enim illam tertium non soluturam, nisi ejusmodi ius ipsi cedatur à censuista.

11. Respondeo, non solum censuarium, & tertium illum, sed nec censuistam posse per hanc tuam considerationem excusari. Ratio est, quia ad suas pensiones recuperandas, non potest censuista vendere id, quod non habet, sicuti non posset idem censuista, ad recuperandam suam pensionem

A a

fructum, vendere equum, v. g. meum illi tertio, quia censuista nullum ius habet ad equum meum. Cum ergo censuista, quando ei solvitur sua pensio ex precibus censuarii nullum profus ius habeat, seu nullum ius ei remaneat, quid cedere, seu vendere alteri poterit? Quoniam autem tunc solum (præciso alio inconveniente) possit censuista, vel quilibet alius contractare equum meum, quando extrema necessitas illum ad hoc urget, in qua necessitate omnia sunt communia (præcisè tamen quantum sufficit ad extremam necessitatem sublevandam) ita in casu nostro, &c. Sed quæso te in nostro casu, quando tanta necessitas?

12. Denique tertio, Quod prædictum artificium sit contra virtutem Religionis, probatur: Nam in eo contemendo, semper solet intervenire iuramentum, quo censuista ius suum cedit illi tertio, & quo hic tertius donat prædium censuario. At qua veritate possunt ipsi jurare, vendere, vel donare ius, vel prædium, quod ut probavimus, suum non est.

13. Nonnulli prædicta iuris ficta (ut ego merito appello) cessione utuntur ad finem excludendi alios creditores. Exemplo rem facile intelliges: Petrus, v. g. emit prædium subiectum tribus, v. g. Censuum obligationibus, propter quas dictum prædium debet Titio, v. g. anteriori decem annuos aureos, alii posteriori, v. g. Caio, alios decem, Sempronio denique magis posteriori decem item alios. Petrus ergo submittit aliquem si delem hominem, cui numerat decem aureos, quos homo hic solvit Titio anteriori, sibi que accipit cessionem iurum à dicto Titio contra prædium possessum à Petro, idque continuat per multos annos, nam postquam summa soluta sufficit ad prædium sibi adjudicandum, illud sibi homo ille fidelis adjudicat (fidelis quidem homini, sed infidelis Deo) & ut potè qui illud acquirit ex vi census anterioris, excludit Caium, & Sempronium posteriores, prætextu, quod pro illis nihil remaneat fructuum dicti prædii, & prædium sic liberum à se acquisitum donat dictus homo fidelis Petro.

14. Affero, hanc negotiationem esse injustam, propter dicta in præcedentibus. Adde, si prædium illud ab initio (ut debet prædium) erat sufficiens, & nunc est etiam fortasse sufficiens ad omnes tres pensiones solvendas, quo jure, possunt hac arte excludi Caius, & Sempronius? Vel certè, quo jure potest ipsis difficillima reddi solutio suarum pensionum? Quod si prætendatur non esse sufficiens, ear non relinquatur cuique suum ius experiendi, an omnes possint habere suas pensiones, vel portionem saltem aliquam in anno fortasse aliquo fertili.

Per hanc occasionem querimus, quid in conscientia de quadam simili Cessione in favorem Censuarii?

15. Sensus quæstionis est, An, si ipse censuarius possessor prædii pensionem tibi censuista solvens, requirit à te, ut ipsi cedas tuas actiones contra alios quoscunque. An, inquam, licitè ille requirit, & tu cedas item licitè?

16. Respondeo, esse bene distinguendum: Quando enim is fundavit censum, seu suum prædium subiecit censui tibi solvendo, vel (dum dictum prædium sibi adjudicavit, seu emit) sibi eidem censum illum (ut dicimus) accollavit, hoc est, solvere promissit, dico, nec licitè ipsum posse requirere ejusmodi cessionem, nec te illi cooperari cedendo (idem de hæredibus, qui Antecessoris personam repræsentant) Ratio est, quia, si is fundavit censum, jam habuit pecuniam correspondentem valori census; si verò sibi illum accollavit, vel emit, jam tantò minoris habuit prædium, quantum importat debere solvi talem censum. Ergo cum ipse sit abundè satisfactus, non potest amplius petere prædictam cessionem; sic enim acquireret ius ad iteratam satisfactionem ex vi dictæ cessionis; nam quando fundavit, vel accollavit, vel emit sibi censum, fuit jam, ut dixi, satisfactus: quare, si ex vi hujus cessionis posset petere eandem sum-

nam ab alio, certè esset, velle iterum satisfaci. nulli ceteri subiectum is habuit, hincque censuista, si deinde daret, si ex alio contractu oneroso, si deinde daret, & de facto is tibi ipsum solveret, justè requireret cessionem, illamque ei tu ex iusticia faceres: nam tunc haberet ius possidendi liberum, ut supponimus, & censum prædictum; unde, si pro ipso tibi aliquid daret, justè poterit ab altero, qui censum solvere debet, petere. Et quidem, si bene advertis, hac iuris cessione eadem est, quod si dicta n. 1. & 2. est enim si tertius solvens sua propria pecunia, quam debere ab ipso antea, placet certè non est.

18. Dixi autem (contractu oneroso) si quis lucrativo, si attentè consideres, est eadem, vel limitatio, ac si ipse censum fundasset, vel sibi censum vendidisset, nam propterea iusta tunc cessione non effectus tarius enim, ut alibi dictum est, obligatur solvens ad rei donatæ sine spe recompenationis.

19. Inquires: An si tibi hic possessor, solvens ipsi Domino census pensionem, possit licitè à te petere, ut habere cessionem prædictam, quando emerit, prædictum francum, & liberum, ita in eodem casu cum si hoc prædii, possit supponere illum tertium si delem hominem, fiat cessio modo prædicta?

20. Respondeo, nequaquam posse. Ratio est, quia possessor solvens suis propriis pecuniis, quas nunc non est defraudandus iure, quod possit illa recuperare, est enim, ut in d. d. inui, tunc ferè casus idem, quod est n. 3. At illi tertio, cum ipse tertius non habet, ut hic supponimus, sua propria pecunia, cedit non debet, nec potest ullum ius. Multò magis, quia solvens solvens prædii censui subiecit, cum sit solvens pensionis de bita Domino census, nullum effectum potest post se contra ipsum censum, prædiumque censui subiectum; at, facta tertio, valde notabilem effectum potest relinquere: posset enim ipse tertius jam cessionem prædicare sibi totum prædium, vel ejus partem, de se remanent inconvenientia dicta à n. 4.

§. VIII. An adjudicatio, que fieri consuevit in Regno Sicilia sit iusta?

Præmittuntur aliquæ necessaria ad quæstionem intelligentiam.

1. Dominus census Bullatis nostri Regni ad ipsos Reges, seu per iudicis sententia appropriatur, sed potest bona suo censui subiecta, seu, ut Græco vocatur, pignus, hypotheca. Ad quod duobus procedunt prædicti modis. Primo, lædendo censuarius supra dictum, quod læsio in hac materia vocatur enormissima, Scilicet lædendo eundem infra dimidium, quæ saltem vocatur læsio non enormissima, nam, quando nulla est læsio, cum ex parte adjudicatio sit iusta, de ea hic agendum non est. Quomodo autem intelligatur hoc (ultra, vel infra dimidium) passim docent Doctores, ut Lessius, c. 21, cum. 2. Fagundus, l. 5. de contr. c. 40, n. 2. Castropala de iust. comm. l. 1. p. 17. §. 1. n. 3. breviter autem sic habet Lessius, l. 2.

2. In foro externo non datur actio ei, qui emittit, vel vendendo vilius, non est deceptus ultra dimidium iusti pretii, v. g. si agrum tuum, valentem mille centum libris, vendas septuaginta, vel sexaginta, vel etiam quinquaginta libris, non potes intentare actionem ad rescindendum venditionem, aut resumendum pretium, quia non est deceptus ultra dimidium iusti pretii, scilicet autem, si vendideris, præter ultra dimidium iusti pretii, emas centum quinquaginta octo, vel quadraginta novem, vel minus, modo, si agrum, valentem centum libris, emas centum quinquaginta duo, vel plurius, potes agere, ut, vel rescindatur excessus ille, vel emptio rescindatur; non tamen si emas centum quadraginta, vel etiam centum quinquaginta, hæc rectè Lessius.

3. Permittit autem lex utramque deceptioem, quæ